

*Nonne hæc oportuit pati Christum,
et intrare in gloriam suam?*

✠ Lectio sancti Evangélii
secúndum Lucam

24, 13-16. 28-35

- ¹³ **E**cce duo ex discípulis Iesu ibant
ipsa die [prima sábbati] in castéllum,
quod erat in spátio stadiórum sexagínta ab Ierúsalem
nómine Emmaus,
¹⁴ et ipsi loquebántur ad ívicem
de his ómnibus, quæ accíderant.
¹⁵ Et factum est, dum fabularéntur et secum quærerent,
et ipse Iesus appropínquans ibat cum illis;
¹⁶ óculi autem illórum tenebántur, ne eum agnóscerent.

[17-27]

- ²⁸ Et appropinquavérunt castélló, quo ibant,
et ipse se finxit lóngius ire.
²⁹ Et coegerunt illum dicéntes:
«Mane nobíscum,
quóniam advesperáscit et inclináta est iam dies».
Et intrávit, ut manéret cum illis.
³⁰ Et factum est, dum recúmberet cum illis,
accépit panem et benedíxit ac fregit et porrigébat illis.
³¹ Et apérti sunt óculi eórum et cognovérunt eum;
et ipse evánuit ab eis.
³² Et dixérunt ad ívicem:
«Nonne cor nostrum ardens erat in nobis,
dum loquerétur nobis in via
et aperíret nobis Scriptúras?».
³³ Et surgéntes eádem hora
regréssi sunt in Ierúsalem
et invenérunt congregátos Undecim
et eos, qui cum ipsis erant,
³⁴ dicéntes:

«Surrexit Dóminus vere et apparuit Simóni».

³⁵ Et ipsi narrábant, quæ gesta erant in via,
et quómo modo cognovérunt eum in fractióne panis.

Verbum Dómini.